



DISSERTATIO INAUGURALIS CHIRVRGICO-MEDICA  
DE  
FVNGO ARTICVLARI.

27

QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE ET DOMINO  
DOMINO

CAROLO  
DVCE WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ REGNANTE  
REL. REL.

CONSENTIENTE FACVLTATE MEDICA  
PRAESIDE  
GOTTLIEB CONR. CHRISTIAN  
STORR.

MED. D. HVIVS CHEMIÆ ET BOTANICES IN HAC LITERARVM  
VNIVERSITATE HISTORIÆ NATVRALIS IN COLLEGIO  
DVCAI ILLVSTRI P. P. O.  
FACVLTATIS MEDICÆ H. T. DECANO  
PRÆCEPTORE SVO AD ARAS VSQVE COLENDO

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN MEDICINA ET CHIRVRGIA HONORES AMBIENDI  
A. D. SEPT. MDCCXCII.

PVBLCICE DEFENDET  
AVCTOR  
IOHANNES GEORGIUS HARDEGG  
LVDOVICOPOLITANVS.

TVBINGÆ TYPIS FVESIANIS.



DISSERTATIO IN PRAESIDIUM CHIRURGICO-MEDICAE

DE  
EVNGO ARTICULARI

AVCTORE  
CAROLO  
DICE WÄSTERBERG

INSTITUTUM FACULTATIS MEDICAE  
PRAESIDE

GOTTLIBO GÖNNER CHRISTIANO  
STORCK

MDCCCXXXV  
PRAESIDIUM CHIRURGICO-MEDICAE  
FACULTATIS MEDICAE  
PRAESIDIUM CHIRURGICO-MEDICAE

PRO ALEXANDRO  
SYMPTOMATA CHIRURGICA  
A. D. 1835  
PRAESIDIUM CHIRURGICO-MEDICAE

ACTOR  
IOHANNES GEORGIUS HÄRDIG

LEIPZIG



§. I.

Qui grave sane ac difficile, meisque certe viribus superius, tractandum mihi sumo argumentum laboris præmium haud illætabile reportasse mihi videbor, si forte aliquam conferre symbolam contigerit ad illustrandam utcunque materiem, ulteriorem explanationem etiam atque etiam expectantem.

§. II.

Fungi articularis fatis significans appellatio exquisite redditur vernacula voce *Gelenkschwamm*, *Glied-schwamm*. Neque alia denominationis græcæ *Μυκη* ratio, qua utitur Ill. Præceptor Πλωκωνετ a). Nec vitiose mycarthrum nominaverit, cui curæ fuerit, fungi articularis appellationem plenius unamque in vocem cogente græco nomine reddere.

§. III.

Et vero indoles fungosa tumoris ligamentorum singularumque membranarum articularum aponevroticarum essentialem morbi characterem constituere videtur.

§. IV.

a) Delineatio Syftematis Nofologici. T. II. Cl. I. Neuronufi, Ord. IV. Cinonufi. p. 10. fs. Myces, Tubingæ 1792.

Membranas istas, utut parum sensiles, & ad inflammationem tardas, cujuscunque læsionis nudique aëris contactus præ plurimis aliis partibus impatientes, & ad pessimam corruptionem pronas esse, nimio pluribus funestis constat exemplis *b*). Vnde intelligitur, dictas articulorum partes membranaceas, tendinosasque, quomodocunque læsas, vel vicinam partem infestantis mali in consortium tractas, vel advecto e remotiore loco pravo humore obrutas, vel & communi cachexia vitiatas, pro peculiari illa ad corruptionem proclivitate formidolosam facile induere ingenii nequitiam *c*).

§. V.

- b*) Conf. B. Bell System of Surgery. Vol. V. Edinb. 1787.  
*c*) Pauciores quidem casus memorantur, iique, calculo subducto, rarissimarum utique exentionum loco habendi, qui rudiores quoque talium locorum vexationes benigniorem aliquando eventum fortiri doceant. Cujus quidem felicioris eventus privam rariusque obtinentem causam in italis membranarum articularium habitus prerogativa vel ideo quæsierim, quod dolentiores fungos minus dolentibus facilius sanari sæpe observatum fuerit. (Memoires sur les sujets proposés pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie, T. XI. à Paris 1778. *A. G. Richter chirurg.* *Bibl. B.* 5. S. 372. Oeuvres posthumes de Monsieur Pouteau — T. II, a Paris 1783.) Quin & iisdem sub conditionibus vehementior articuli inflammatio

## §. V.

Fungosam indolem tumores dicti membranarum articularium & habitu elastico sustinent, & paulatim latius serpente progressu, & proclivitate ad corruptionem pravam.

## §. VI.

Fungum articularum produnt, dolor articuli motum impediens, tumor elasticus paulatim increascens, nec colore nec calore a sanæ partis habitu deflectens, digito integumentis, intra quæ demersus tumor hæret, curiosius adplicato, obscuram inæquabilitatem exhibens, atrectatæ veluti subgrumulosæ massæ sensu tactui sese sistentem.

## §. VII.

Vicissitudines, quas sub progressu mali pars affecta subit, faciem aliis aliisque morbi stadiis diversam inferunt. Continuo itaque pergendum erit ad succinctam decursus morbi adumbrationem.

## §. VIII.

A dolore malum ordiri solet, plus minus vivido, plus minus circumscripto, nunc manifestius, nunc obscurius

A 3

in-  
tio in benignam suppurationem abiisse atque incisionem admisisse legitur (*Neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Wundarzneikunst und Medizin von Joh. Christian Ant. Theden, Berlin und Stettin 1772. VI. Abschnitt.*)

intermittente, motione partis, frigore, cœli inclementia, exasperato. Articulus torpescens ægrius ægriusque movetur, accedit affectæ partis infirmitas, & plerumque jamjam observabilis intumescencia. Sufflaminato motu, obrigescentibus tendinibus, nunc membri incurvatio supervenit. Succrescit fungus, qualem supra §. 6. adumbravi. Dolor vehementius urget, & intimis articuli in penetralibus sæviens, & in integumenta communia se diffundens, quæ jam & ipsa tumida nitescentem lævorem induunt, attrectationis impatientia, subjectis partibus nunc contabescentibus, vicinis glandulis, iisque, quibus cum affecto loco proximum intercedit commercium, intumescentibus, venisque varicosè inflatis. Jamque accelerato progressu ingravescens malum, fungi in deteriora quæque data corruptione articulum depascit, febrique hæctica accensa demum internecina consumit ægrum.

Computrescentis fungi vel pessima exulceratione, vel inopportuna incisione, vel & post refectionem membri denudata patens facies pro vario corruptionis gradu atque modo varia deprehenditur. Nunc enim ulcus mali moris sistit fistulosum, saniem fundens acrem foetidamque, nunc integumenta, ligamenta, tendines atque membranas, spisso lentore turgentes, superlinente & has partes & vicinos musculos latiuscu-



scule diffusa lympha, qua subtracta nihil minuitur  
fungi volumen, nunc autem pessima degeneratione  
diffictus articulus, abolita singularum compagem  
ejus ingredientium partium specie, foedum exhi-  
bet informem in massam coactum omnium colliqua-  
mentum.

§. IX.

Dirissimus morbus aliis quibusdam articularum  
morbis difficilior aliquando internoscitur. Hydrar-  
thrum maxime pro Mycarthro saepenumero haberi,  
numerofissimis exemplis facile confirmaverim, nisi odio-  
sa hujusce modi exempla sicco pede praeterire malletm.  
Venditati pro fungo hydarthri univerte suspicio locum  
habere videtur, quoties incisione curati fungi me-  
morantur, quam hydarthri caute quidem institutam  
facile ferre solent d), fungis contra genuinis, cito ab  
incisione facta in deteriora omnia ruentibus e). Quo  
ipso

d) Conf. Diff. hafneriana in F. X. Wasserberg Oper. min.  
fasc. IV. Viennæ, 1775. Insigne prosperi successus exem-  
plum hoc loco memorari meretur, consignatum in Olof  
Acrel *Chirurgische Krankengeschichte im königlichen Laza-  
rethe zu Stockholm* angemerkt. Mit einer Vorrede von D.  
Zach. Vogel o. d. Schwedischen. Lübek und Leipz. 1772.

e) Testes habeo autores usu frequentissimo sententiam con-  
firmantes. conf. Cl. Bazille in mem. sur les sujets pro-  
posés → citatis §. 4. b). Dextrimus Percival Pott  
(The

ipso argumento tanto magis inculcatur curiosissimum examen quorumcunque momentorum ad utrumque malum dignoscendum facientium. Nec opus est monere, quam diligentissime tumoris explorandum esse ingenium, ne fluctuationis vestigium in fungosa elasticitate quærat. Sed & adnotanda venit obtinens aliquando utriusque mali complicatio. Facilius internoscenda articulorum œdemata, quin & anevrysmata f) & ad articulos locati cystici tumores

VA-  
 (The chirurgial Works of Percivall Pott, Vol. III. Lond. 1779. p. 406. fs.) tristissima experientia edoctus dolet, in confirmato malo præter amputationem vix aliud salutis superesse præsidium. Hujusque viri sub auspiciis didicit Cel. J. Hunczovsky (*Medicinis chyrurgische Beobachtungen auf seinen Reisen durch England und Frankreich, besonders über die Spitzäler, Wien 1783.*), quibuscunque etiam adhibitis cautelis funestum semper incisionem fungi manere eventum. Et diserte monet Ill. Callisen (*Institutiones Chyrurgicæ hodiernæ* — Hafn. 1777. p. 186.) „fungi vero articularis dissectio male semper succedit, cariemque, ulcera sinuosa, quid quod ipsam gangrænam creare solet, „ Gravia ab incauta fungorum articularium incisione metuenda damna probe etiam inculcat J. C. Jæger (*Beyträge zur Erläuterung der Entfremungsurachen und Heilarten des Gliedschwamms. Frankfurt am Main 1789.*). Quibus & nuperrime accessit candidum Ill. C. C. Siebold testimonium (*Chirurgisches Tagebuch XXIV, LXXXVI, Nürnberg, 1792.*).

f) Journal de Med. Chir. Pharmac. T. LVI. Oct. 1781. à Paris.



varii cum fungis articularibus confusi passim occurrunt.

§. X.

Fungi articularis genuini multiplex varietas, portionum differentiae fundamentorum ratione habita, ad duas familias redigenda videtur, simplices nimirum atque complicatos. Poterat & partium huic morbo patentium enumeratione distributionis fundamentum stabiliri specierum feracissimum, at utilitatis titulo parum commendabile, cum articularum, in quos incidere morbus possit, diversitas ad morbi variandum ingenium parum valeat, exque tot articulis perpauci, quos inter primo loco nominandum genu venit, fungo sint praeter reliquis obnoxii.

§. XI.

I. *Simplicem mycarthrum* complicato opponens talem significo, qualem modificationis alius morbi confortio illatae expers sese exferit.

§. XII.

Hoc loco recensendi veniunt

I. Spec. i. M. s. biasticus g), a mechanica violentia ortum ducens. Neglectas aliquamdiu articularum

ve-  
g) Ploucquetiani Syst. Nofologici. T. II, p. II.

B

vexationes secutus male cedere solet *h*). Felicioris tamen exitus exempla æque prostant *i*).

## §. XIII.

- h*) Dr. G. Schuster (Act. N. C. Vol. V. obs. XIV.) Sabatier (Mem. de l'Ac. R. de Chir. T. V. à Paris 1774. Des luxations consecutives.). Mem. sur les sujets propofes pour le prix de l'Academie Royale de Chirurgie. T. XI. (*Richters Chirurgische Bibl. B. V. S. 371.*) Mycarthri biaftici cubiti, qui tamen mycarthro genu minus rebellis esse solet, lethalis exemplum affert Godûke in J. L. Schmukers *Vermifchte Chirurg. Schriften, I. B. Berlin 1776. p. 338.* Mycarthri genu biaftici exempla, potiore quidem partem funesta, nonnulla tamen faustum exitum sortita memorat A. B. Cheston (*Patholog. Untersuchungen u. Beob. in der Wundarzneykunst — a. d. E. von D. C. H. Scherf. Gotha. 1780.*). Amputatione sublati mycarthri genu biaftici exemplum habet Al. Monro (*Sämliche Werke pract. und chirurg. Inhalts, a. d. E. Leipz. 1782.*).
- i*) Sanatorum graviter vexatorum articularum exempla præter supradicta (§. 4. b) afferunt H. Pfaff (*Richters chir. Bibl. B. VI. S. 530. ff.*) Cel. Michaelis (*S. 737.*) Jos. Mohrenheim (*Beobachtungen verschiedner chirurgischer Vorfälle. B. II. Dessau 1783. — Richters chir. Bibl. VI. Band. S. 605.*) G. Fieliz (*Richters chir. Bibl. B. IX. S. 108. ff.*). Felicioribus quoque casibus accensendus sane est, quem consignavit Jo. Scultetus (*Armamentarium chirurgicum bipartitum P. II. p. 110. Francof. 1666.*), cui contigit, administratis quidem fomentationibus & unguentis minus congruis, instrumenti ope, tab. XVIII. fig. 1.

## §. XIII.

Curationis rationes inituro & ea morbi explorata esse debet a complicatione fontica atque assidua immunitas, quam simplicis mycarthri notio involvit, & sedula incumbit providentia, ut fugacioris etiam offensæ qualiscunque intercurfus avertatur. Cujus vel suspicione vel & metu obtinente consultum erit, fracto consuetis antiphlogisticæ methodi præfidiis primo inflammationis impetu vomitorium præbere, quo & gastricæ quæcunque interturbationes prævertantur, terrore, dolore, aliis vexatione ipsa motis pathematibus inferendæ, & concussiones obtineantur, ad resolutionem plurimum valentes k), & virtute de-

fig. 1. adumbrati, contractum crus ita in rectum ducere, ut spatio unius anni patiens sine baculo ambularet.

k) Diserte magnum hujus medicationis usum commendavit Cel. Michaelis (*Richters chirurgische Bibliothek. B. V. S. 117. ff.*), felicissimis porro successibus confirmatum Cl. D. Mayer (*Richters chir. Bibl. B. VII. S. 598*), & Cel. J. A. Ph. Gesner (*die Entdeckungen der neuesten Zeit in der Arzneigehelrtheit. — IV. B. I. Abth. S. 426. Nördl. 1785.*), qui saltu contractum mycarthrum (an hydroarthrum?) unico vomitorio discussit. Magni etiam emetica in hoc curando morbo facit, Th. Kirkland (*An Enquiry into the present state of Surgery. Vol. II. Lond. 1786.*).

num antispasmodica & diaphoretica profutura. Quin & iteratis pro re nata vicibus vomitoria repetenda erunt, interpositis subinde purgationibus mercurialibus. Sed & alterante scopo adhibenda sunt medicamenta mercurialia *l)*, quorum e numero Mercurium Cel. Hahnemann solubilem dictum ad hunc finem prætulerim, quæ itaque, ut resolventem antiphlogisticamque simul virtutem præstent, opio *m)* & antimonialibus *n)* confocianda erunt. Neque horum admi-

*l)* Mercurialium insignem in sanando fungo articulari usum jam agnoverunt cum pluribus ejus ævi medicis Mich. Ettmüller (Opera omnia T. I. p. 669. Francof. 1688.) Joh. Dolæus (Encyclopædia chirurgica rationalis — p. 1276. Francof. 1689.), Christ. Joh. Langius (Op. P. II. p. 195. Lips. 1704.), Joh. Baptist. Verduc (*Chirurgische Schrifften*, Leipzig 1712.), Joh. Hadrian. Slevogt (Disp. de tumoribus artuum fungosis — resp. C. L. Wucherer, Jenæ 1715. §. 43.).

*m)* Eximiam hujus connubii virtutem ad resolvendas operationes inflammatorias pluribus laudat H. Hamilton (Medical Commentaries for the year 1783. 84. collected and published by Andr. Duncan, Vol. IX. Lond. 1785.) Opii in compescendis inflammationibus ligamentosarum partium præstantiam satis superque confirmavit Cel. B. Bell (System of Surgery. Vol. V. Edinb. 1787.).

*n)* Notissimam consortii utrorumque medicaminum præstan-

ministratio turbabitur consortio feminum phellandrii aquatici, quæ magni contra quarumcunque plagarum nequitiam præsidii laudem sibi pepererunt o); Quorum itaque semunciam quotidie præbere nunc quidem e re fuerit. Simul assiduo adplicandæ erunt fomentationes frigidæ e Spiritu Mindereri p) vel Oxycrato sale ammoniaco imbuto, vel & aqua vulneraria The-

stantiam, Plummerianis aliisque subsimilibus remediis abunde confirmatam & in mycarthro comprobantur curationes Rowleyanæ (Seventy four Cases with the manner of Cure, and the preparation of the Remedies, by W. Rowley M. D. Lond. 1779. — *Richters chirurg. Bibl. B. VI. S. 47. ff.*).

o) Phellandrii virtutem, benignitati vulnorum, tumorum, ulcerum mirifice consulendi Boerhavii (hist. pl. hort. L. B. T. I. p. 94.). Ernstingii (Phellandrologia 1739.), Heisterorum (Laur. Heisteri Diss. de hernia incarcerata suppurata sæpe non lethali. Helmst. 1733. p. 42. El. Frid. Heisteri de nova methodo brachium amputandi. Helmst. 1738. Acta Nat. Curios. Volum. V. 665, 139.), J. H. Langii (*Von den heilsamen und wunderbaren Wirkungen des Wasersenchels oder der Peerjaat Erst. u. Leipz. 1783.*), D. Schneider (*Richters Chir. Bibl. B. V. S. 544. ff.*), aliorumque præconiis celebratam ex omni parte nunc capiendis consiliis accommodam non possum non habere.

p) Quem utilissimum deprehendit Alexander Monro (*Edinburger Versuche, B. IV. S. 396.*).



Thedeniana q). Discussione obtenta robur partium læsarum demum confirmabitur frictionibus, embrocatione humida ac frigida, fascia circulari, exercitatione prudente. Pertinaciori malo juxta continuanda remedia interna externe adhibentur validiora resolventia, obrigescentiæ ac inertix membri simul occurrentia. Cujus loci præ reliquis erunt vesicatoria r), caute quidem administranda s), calidæ vaporationses t), ferula-

- q) Hanc multimode quidem, adjecto sale ammoniaco extractis corticis falcis, millefolii, martis, foliis quernis, mutatam, magnopere extollit G. H. Fieliz (*Richters Chirurg. Bibl. B. VIII. S. 108. fs.*).
- r) Insignis efficacix vesicatorii unguenti, arcani quidem fabri cujusdam Schorndorffensis, memorabile specimen recenset Ros. Lentilius (*Eteodromus Medicopracticus anno 1709. Stuttg. 1711. p. 722.*). Pluribusque vesicantium in debellando mycarthro eximiam virtutem comprobant M. Akenfide (*Med. Transact. Volum. I. p. 164.*), P. Pott (l. c.), B. Bell (*Abhandlung von den Geschwülden und deren Behandlung, nebst einigen Bemerkungen über die weißen Geschwülste, a. d. Engl. Leipz. 1792.*) L. F. Lentin (*Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft S. 279.*).
- s) Monente Th. Kirkland (*An Enquiry into the present state of medical Surgery, Volumen II. Lond. 1786.*) vesicantia, quo magis dolor urget, eo minus conducunt. Universe quidem in hoc morbo cautelæ fuerit, camphora atque opio temperatas adhibere cantharides.
- t) Vaporum aquæ simplicis vim resolventem præstantissimam,



lacea u), pinguia x), hæc tamen, ne relaxando nocent

nam, & Hilscheri methodus subito tollendæ raucitatis (Progr. de insigni quodam raucitatis remedio, Jenæ 1747.) abunde comprobavit, resuscitata postea a cl. J. Mudge (A radical and expeditious cure for a recent catarrhus cough — Lond. 1779.) & mycarthro debellando apprime accommodatam proposuit tum sua, tum Cl. Denmann aliorumque medicorum Britannorum experientia fultus Ill. Marcard (*Medicinische Versuche, Th. II, von der Einrichtung, dem Gebrauche und Nutzen der Qualm-Bäder, Leipz. 1777.*). Vapores aquæ bullientis huic scopo magis accommodari posse, congruis additamentis volatilibus, vaporations docent alcalinæ, fumigationum anglicarum volatiliū nomine notæ, quarum & mentionem facit laudatus Marcard, & præparationem exponit Cl. J. L. Müller (Dissertatio de fungo articulari, cum annexa ejusdem argumenti observatione, Gœtting. 1780. p. 33.). Egregium autem virtutis harum fumigationum specimen exhibet Cel. D. Meyer (*Richters Bibl. B. VII. S. 599.*) qui vomitoriis repetitis atque his fumigationibus mycarthrum sanavit, ad varia antea adhibita remedia rebellem. Vaporibus aceti præ aliis uti amat Cel. Bell (l. c.) & spiritus vini quoque vaporibus finem obtinuit Cel. Prött (*Geschichte und Versuche einer Chirurgischen Privatgesellschaft zu Kopenhagen, 1774.*).

u) Translatus ab hydarthro ad mycarthrum usus gummi ammoniaci aceto simplici vel scillitico soluti, unguenti vel emplaftri forma adplicati eximie se com.



ceant, confocianda resolventibus salinis y), mercurialibusve z), & fascia circumjecta fulciete mode-

de-  
comprobavit Cel. J. Schwediauer (*Sammlung auserlesener Abhandlungen zum Gebrauch praktischer Arznei — B. VII, St. 1.*), O. C. Evers (*Wahrnehmungen von der Anchylosi in Richters chir. Bibl. B. IV. S. 749. ff. u. Neue vollständige Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzneikunst und Arzneigelahrtheit. Goett. 1787.*). Percommode & gummi ammoniacum his usibus attemperari poterit, emplastrum de cicuta cum gummi ammoniaci spiritus Mindereri ope in unguentum redigendo. Calidiora ferentibus casibus præ gummi ammoniaci accommodum erit galbanum simili methodo administrandum.

x) Inunctiones eo maxime consilio commendat laudatus Bell, ut obrigescentia avertatur. Neque vero scopo hoc excidet, qui pinguedine uti satius duxerit, additamentis imbuta, & ipsius relaxanti potestati occurrentibus, & sua virtute proficuis.

y) Saponacea univérse simplici oleo magis erunt congrua. Emplastro saponaceo, plura quidem inepta ingredientia recipiente, tumorem genu jam indurescentem intra paucos dies resolvit Aug. Thoner (*Obs. & hist. Chirurg. a. Gen. 1679, p. 358.*). Præ aliis nostro scopo apprime congruum videtur linimentum volatile, acuendum, in casibus valde refractariis additamentis fellis bubuli, saponis de galbano Kæmpfii, saponis de guajaco simili modo parandi, vel & saponis tartarei Starkeyani.

z) Unguenta mercurialia magnopere laudavit Bell (l. c.) nec

deranda *aa*). Discussione potiore quidem partem peracta, neque tamen omnibus numeris absoluta, interest, ut dispellendis quibuscunque reliquiis peculiaris cura impendatur. Magni ad hunc finem usus sunt thermæ sulphuratæ *bb*), adjuvandæ, si fieri possit, electricarum scintillarum electatione. Immorigero ad omnem medicationem malo ac indies exasperato, eo demum devenitur, ut in ferro extremum quærat auxilium, & vel amputatio totius membri fiat, vel

cor-

nec longe repetendo testimoniorum apparatu opus est, ut vis eorum adstruatur valide resolvens. Cerato simplici subactus mercurius sublimatus corrosivus cum sale ammoniaco & camphora huic fini maxime idoneum sese præstabit.

*aa*) Involutionis ministerio jam usus est Petrus Forestus (M. A. Severin de la Medicine efficace — a Geneve 1675. p. 210.) simul quidem in usum vocatis fomentationibus aromaticis & olci chamomillæ inunctione, ad sanandum fungum genu lapsu contractum. Involutionis quidem commoda vix ulteriore commendatione post Cel. Theden (*Neue Bemerkungen und Erfahrungen zur Bereicherung der Wundarzneikunst und Medicin, Berlin und Stettin 1771.*) egere videntur.

*bb*) Thermarum ac balneorum sulphuratorum dudum celebrata virtus nostratis quoque balnei Bollenfis exemplo vindicatur, quod R. Lentilius consignavit (l. c.).

C



corruptarum partium ita instituenda resectio, ut salvetur, quicquid vindicari possit *cc*).

## §. XIV.

I. 2. *M. s. phlegmasticus.*

Sola inflammatoria congestione creati mycarthri rara quidem exempla exstant *dd*). Therapiae a via, in prioris speciei tractatione delineata, nihil deflectendum est.

## §. XV.

*cc*) Novam methodum a peritissimo H. Park (An account of a new method of treating diseases of the Joints of the Knee and Elbow, in a letter to Mr. Percivall Pott by H. Park — Lond. 1783.) propositam, cui quidem licuit vestigiis insistere Cl. C. White (Cases in Surgery, with Remarks, P. 1. Lond. 1770.), qui optimo successu ad resectionem corruptarum unice partium restrictam operationem perfecerat, & ipse proba fultus experientia scitoque ratiocinio laudatus Park commendat, & pluribus æque prosperis exemplis confirmat Th. Kirkland (l. c.), eamque, dum tenere indicatum modum licuerit, indubitanter amputationi præferendam esse, judicant Ill. Richter (*Anfangsgründe der Wundarzneykunst*, I. B. Götting. 1787. §. 810.) & Cl. Bell (*System of Surgery*. Vol. VI. Edinb. 1788.).

*dd*) Pessundati mycarthro tali digiti exemplum commemorat Ill. J. F. Isenflam (*Versuch einiger pract. Anmerkungen*  
ku



## §. XV.

I. 3. *M. s. psyllticus.*

Nati ab admisso frigore mycarthri passim memoria occurrit *ee*). Expedita medendi methodus & huic attemperabitur, regiminis quidem ratione habita diapnoici, atque in usum vocatis balneis laconicis, frictionibus, potu calido, floribus sulphuris, aconito napello, pulvere Doveriano, aliisque diaphoreticis opiatis.

## §. XVI.

*kungen über die Knochen. Erlang. 1782.*), hujusque loci casus quoque esse videtur, feliciorem exitum sortitus, quem Cl. Meyer Richterianæ Bibliothecæ Chir. Vol. VII. P. 598. inferuit. Quæ Cel. Dussaussoy (*Journal de Medicin. T. LXVII.*) albæ audiunt lymphaticæque inflammationes, vix aliam, quam quæ huc referatur, admittere videntur interpretationem.

*ee*) Nati a nocte frigido ac humido sub cælo transacta coxalis mycarthri meminjit Cel. Sabatier (*Mem. de l'Académie R. de Chir. T. V. a Paris. 1774. Des luxations consecutives*). Nocturno refrigerio contractum mycarthrum genu applicato gummi ammoniaco sanavit Cl. O. J. Evers (*Wahrnehmungen von der Anchylosis — Richters chir. Bibl. B. IV. S. 161. ff.*) Summa hieme contractos haud absimiles tumores conio maculato sanavit Cel. Gesner (*Beiträge zur Arzneygelahrtheit und Naturkunde. Nördl. 1769. S. 218. ff.*).



## §. XVI.

I. 4. *M. s. epischeticus.*

Excernendorum quomodocunque illatam retentionem, adfuetorumque profluviorum suppressionem pedisequum aliquando mycarthrum habere, observationibus compertum est *ff*). Adaptabitur huic speciei primæ therapia, accommodatis ad locorum conditiones depletionis ac revulsionis subsidiis, V. S., cucurbitulis, hirudinibus, pediluviis, semicupiis, embrocationibus, enematis, infessibus, inhalationibus, frictionibus, igniculisque electricis. Ad mycarthrum menicheticum magnopere commendari meretur, indicatis medicamentis resolventibus ac antispasmodicis adjungendum conium maculatum, cujus eximiam in restituendo fluxu menstruo cohibito virtutem conspicuis exemplis probat Perill. Störkius *gg*), mycarthri autem

*ff*) A suppressa epistaxi natum memorat Reimarus (*Disq. de tumoribus articulorum seu fungis articulorum*, Lugd. Bat. 1735. §. 73.), Menocheticum Ill. Acrel (*Chir. Vorfälle*, S. 362. Gœtt. 1777.) & Cel. Gesner (*Schwaben zur Arzneigelahrtheit &c.* I. B. S. 210. *ff*.)

*gg*) Libellus, quo demonstratur, colchici autumnalis radicem non solum tuto posse exhiberi hominibus, sed & ejus usu interno curari quandoque morbos difficillimos, qui aliis remediis non cedunt. Appendix de Cicuta, p. 78. fs, Vindob. 1763.

tem menifchetici, perversa medicatione ad exulcerationem jam redacti, hoc demum pharmaco in fanationis viam reducti exemplum proponit Cel. Gesner *hh*).

§. XVII.

Ex altera *fungorum* familia, complicatorum quidem, memorandus primo loco venit:

II. I. *M. c. Metastaticus.*

Pro varia natura materæ morbosæ ad articulum delatæ ibique mycarthrum generantis metastatica species subdividi potest in plures varietates. *Pyreticæ* legitur exemplum apud Joh. Cratonem *ii*), narrat & aliud repetitis emeticis & purgantibus sanatæ Cel. Michaelis *kk*). Mycarthrum genu metastaticum *variosum* fonticulis, pulvere Plummeri alterante, ac cortice Cinchonæ tarde sanavit Cel. Gulbrand, *ll*), citius, post irritum unguenti mercurialis usum, gummi ammoniaco oxymelle scilitico diluto J. C. Jæ-

*hh*) Loco citato.

*ii*) Joh. Cratonis a Kraftheim — Consiliorum & epistolarum medicinalium Libri VII. Studio & labore Scholæzii — L. I. p. 147. Conf. XXIII. Francof. 1671.

*kk*) Richters *chir. Bibl. B. V. S. 118.*

*ll*) Acta societatis med. Havn. Vol. I. Havn. 1777.

ger *mm*). *Pforici* meminit A. Brambilla *nn*). *Cario-*  
*si* exemplum habet III. Isenflamm *oo*), hujus quidem  
 mire rebellis, nec pluribus amputationibus coercendi,  
 materie cariola ex alio in alium articulum migrante.  
 Præter emendationem irruentis materiæ, ipsius inge-  
 nio convenientem, præcipua therapie consilia ejectio-  
 nem spectare debent, cui fini respondebunt fonticuli,  
 fetacea, vesicantia, exutoria, repetitæ vomitiones,  
 purgationes, potiones diuretice, balnea sulphurata,  
 exagitationes electricæ, mobilibusque reddendis im-  
 pactis inserviturum loco affecto applicatum gummi  
 ammoniacum.

§. XVIII.

II. 2. *M. c. Rheumaticus.*

Mycarthri cachexia universali stipati, hoc ipso gra-  
 viores metastaticis habendi, plus minus tamen refrac-  
 tarii futuri, pro morbi primarii ingenio. Rheumatici  
 nomine plerique scriptores complecti consueverunt  
 quemcunque fungum articulare, quem scrophulo-  
 sum appellare dubitassent. Nobis quidem is unice  
 mycarthus rheumatici nomine venit, qui cum ca-  
 che-

*mm*) Fünfzig chir. pract. Cautelen, Frankf. 1788.

*nn*) Abh. d. R. K. K. Joseph. Med. Chir. Acad. zu Wien  
 B. I. S. 40. Wien 1787.

*oo*) l. c.





chexia rhevmatica complicatus fit. Emetica in rhevmatismis rebellibus uniuerse proficua in hac specie mycarthri præcipue commendanda videntur. Juxta internum usum antimonialium, opio & mercurialibus sæpe utiliter miscendorum, sulphuris, aconiti napelli, resinæ guajaci & gummi galbani *pp*), præcipuam laudem in hoc morbo sibi vindicarunt cantharides *qq*), & cylindri gossypini *rr*), cum reliquo inustionis ap-

*pp*) Essentiam Galbani spirituosam, cui acetatam prætulerim, magno opere extollit Dext. Fieliz. (*Richter Chir. Bibl. B. VIII. S. 118. ff.*)

*qq*) Repetita emplastri cantharidum applicatione rhevmaticum utriusque genu mycarthrum sanavit Cel. Jos. de Plenicz (*Acta & observata medica, Pragæ & Viennæ 1783.*) Alternæ vesicantium & cucurbitularum administratione vel urgente inflammatione multum præstitit Cl. Bell (*l. c.*). Tincturæ cantharidum, acetatæ maxime, multiplex & utilissima adplicatio commendatione non eget.

*rr*) Methodum b. Pouteau (*l. c.*) eximio usu sæpissime comprobatam etiam atque etiam commendant Sigault (*Journal de Med. Chir. Pharm. T. LII. 1779.*), Pascal (*T. LXVI. 1786. T. LXXVI. 1788.*), Gimes *T. LXXIV. 1788.*), Naudeau (*T. LXXV. 1788.*), M. G. Thilenius (*Med. und chir. Bemerkungen, Frankf. 1789.*), & A. Murray (*Difs.*)

paratu. Cataplasmata emollientia nociva, acetum cum fale ammoniaco, quin & saturninis, quorum tamen in hac specie vix commendandus usus fuerit, proficuum judicat Th. Kirkland *ss*). Admissis calidis vaporibus hoc sese malo liberavit Cel. Marcard *tt*). Quæ utique huic speciei adprime congrua therapia, & aliis sudorem læsæ partis elicientibus remediis suffulcienda, fumigationibus memoratis volatilibus, telis ceratis, telis laneis, frictione, scintillis electricis, gummi ammoniaco, galbano *uu*), cerato citrino *xx*), exercitatione.

§. XIX.

II. 3. *M. c. Siphyliticus.*

Non solum latior fungo rheumatico subjecta significatio, sed & sub larva rheumatica sæpe latens aut utrunque occultata cachexia siphylitica obscuros utriusque

(Diss. de usu inunctionum vario & præcipue in gangræna metastatica exoptato. Resp. J. Fr. Sakren — Ups. 1787.), (L. F. B. Lentin (*Beiträge zur ausübenden Arzneiwissenschaft*, p. 270. ff.)

*ss*) l. c.

*tt*) L. c. §. 10.

*uu*) Præprimis hoc commendat laudatus Theden (L. c. p. 136.).

*xx*) J. G. van Wy. (l. c.).

usque speciei nonnunquam limites reddit, præcipue cum e summaria narratione omnis lux petenda sit. Ejusmodi in casibus nonnunquam therapie ratio diagnosi succurrit. Eoque argumento siphylitici potius quam rheumatici exempla habuerim, narratam a Sim. Jacoz *yy*) fungi genu rheumatici salivatione mercuriali obtentam sanationem, Petri Foresti *zx*) observationem haud abfimilem, exhibitam a Cel. Michaelis *a*) historiam viri, ischiadico dolore sæpe conflictati, nunc fungo arthritico infestati, sanati largioribus turpethi mineralis præbiis, tardam at copiosam vomitionem, & sex septimanarum spatio continuatam salivationem moventibus. Et ad hanc potius speciem referendæ laudes videntur unguenti mercurialis rheumatico-genu mycarthro adhibiti *β*), & nominatim ad hunc finem commendati unguenti Cirilli *γ*). Unguentum Cirilli vel ad ejus similitudinem paratum, qua-

le

*yy*) *Obf. & hist. chirurgiques* — a Gen. 1679. p. 188.

*zx*) M. A. Severin — *De la medicine efficace*, — a Gen. 1679. p. 289.

*a*) *Richter Chir. Bibl. B. V. S. 118.*

*β*) *Bemerkungen über verschiedene wichtige Gegenstände der Wundarzneikunst, 1 St. Braunsch. u. Hildesheim, 1782.*

*γ*) Duchanoy (*Journ. de Med. Juin. 1783.*)

D

le §. XIII. nota memoravi, præcipuum omnino locum in hac specie curanda tenet, adminiculandum præterea balneis, embrocationibus calidis, interno usu mercurii, solubilis maxime Hahnemanniani, sulphuris antimonii aurati puri, tartari emetici, resinæ guajaci, aconiti napelli, conii maculati, clematidis rectæ, vitalbæ, viticellæ, corticis mezeræi, radicis farsaparillæ, bardanæ, caricis arenariæ.

## §. XX.

II. 4. *M. c. herpeticus.*

Herpeticam constat & siphyliticæ, & scrophulosæ aliquando adsociatam deprehendi cachexiam, sed & isto sodalitie vacuum satis molestiæ imo & discriminis parare posse. Alternis vicibus cum tali manum repullulante serpigine sinistrum genu obsidentem mycarrthrum herpeticum exutorio demum sanatum memorat Cel. J. a Plenciz §). Primaria in hac tractanda specie præsidia constituunt ulcera artificialia, exutoria, fomentatione applicata decocta foliorum tabaci, fabinæ, ligni guajaci, quibus interne adhibenda adjunguntur decoctum corticis ulmi campestris, infusum stipitum dulcamaræ, extracta herbæ violæ tricoloris, conii maculati, aconiti napelli, resinæ guajaci.

§) (l. c.)

ci, flores sulphuris, sulphur antimonii auratum, tartarus emeticus, calx mercurii solubilis dicta hahnem.

§. XXI.

II. 5. *M. c. arthriticus.*

Gravior mycarthri complicatio habenda videatur stipati cachexia, suo ingenio articulis infensa. Et sane diri quin funesti ex hac complicatione orti mali obvia exempla sunt  $\epsilon$ ). Sed & lætiora extant superati leni quidem medicatione mali documenta  $\zeta$ ).

Qui-

$\epsilon$ ) Tumorem genu arthriticæ profapiae describit Cel. Theden, (*Neue Bemerkungen und Erfahrungen* Th. II. Berlin 1782.) intempestive incisum, hæmorrhagiis profusis ægrum suffocantem, dissectione instituta cariosum ac sphacelatum deprehensum, Nec melius cessit Cel. Steidele (*Sammlung verschiedener chir. Beobachtungen B. I. Wien 1776.*) similis tumoris incisio. Digiti tumorem arthriticum, ferro sublatum, deletis musculis ac tendinibus in deformem massam mutatum memorat Cel. Bloch (*I. L. Schmuker vermischte chirurg. Schriften B. II. Berlin 1779.*)

$\zeta$ ) Arthriticum utriusque genu mycarthrum, de quo sanando jam desperabatur, unguento de gummi ammoniaco ac oxymelle scillitico intra octiduum fugatum memorat Cel. Michaelis (*Richter chir. Bibl. B. VI. S. 145 ff.*) Similique hæc exemplo confirmat perit. Fieliz (*Richter chir. Bibl. B. VII. S. 778*). Plurimis quidem minus con-

D 2

gruis

Quibus quidem constitit, quam hac apprime in curanda specie insigne gummi ammoniaco sit statuendum pretium. Interne præterea conveniunt emetica, antimoniales mercurialibus nupta, flores sulphuris, resina guajaci, dulcamara, aconitum, rhododendrum chrysanthum. Neque negligenda erunt præsidia arthriticis petenda e diæta cauta, balneis, exercitatione.

§. XXII.

II. 6. *M. c. rhachiticus.*

Complicationis cum rhachitide utut consignata scriptoribus exempla manifesta non innotuerint, verbo tamen attingendam judicavi speciem, cujus non possit non obortus aliquando illa vi parari, quam rhachiticæ exostoses, benignæ quidem, at volumine tamen molestæ, in ligamenta articularia assidue exerunt.

§. XXIII.

II. 7. *M. c. scrophulosus.*

A benignioribus rhachiticis tumoribus exostoses omnino distinguendæ erant in cariem vergentes, quas quidem in cachexia scrophulosa radicata, mycarthri spegruis additamentis obrutum, jam in emplastris ad tumores genu Solenandri, L. Riverii, Barbette &c, occurrit gummi ammoniacum.

speciem gignere eo pertinaciorē, ac nequiosiorē, dudum perpexerunt britanni medici, frequentioris ibi morbi maxime gnari, qui hanc unice speciem a reliquis distinguere operæ pretium ducentes scrophulose nomine signarunt 1). Ipsa ex articuli exostosi germinare malum cognoscitur ex alte defixo, minuscule ossis parte circumscripto, vivido ab initio dolore, tarde succrescente tumore, quo minui magis quam augeri aliquandiu dolores videntur, cito autem increbescente articuli obrigescentia. Sanatu autem difficilius & illa sedes malum reddit, & fontis, e quo pullulat, refractaria indoles. Magnam in vomitoriis, ad scrophulosam cachexiam debellandam plurimum valentibus, spem collocare sinunt felices nonnulli successus 2). Quo fine, præter tartarum emeticum, vitriolum cœruleum, ac ipecacuanham, peculiarem sibi vindicare laudem cœperunt digitalis purpurea 3)

1) Vulgatiore nimis autem vagæ denominationis *White Swellings* loco hanc speciem appellant *Scrophulous joints* (The surgical Works of Percivall Pott — Vol. III. p. 406. Lond. 1779.)

2) Quales viris Cel. Wyatt ac Smyth contigisse auctor est Cel. Michaelis (*Richt. chir. Bibl. B. V. S. 119*). Optimo successu a Cl. Duffausloy huic fini adhiberi turpethum minerale, testis est Cel. Fischer (*Richt. chir. Bibl. B. VIII. S. 74*)

3) Jam Helmontio adnotata virtutis antiscrophulose documentum

ac turpethum minerale  $\kappa$ ). Mercurialia, univérse in serophuloſæ cachexiæ therapia celebrata, mycarthro serophuloſo utique opponenda ſunt, & quidam anti- monialibus ſuffulta  $\lambda$ ). Sed & aliis utendum reſolven- do ac evacuando ſimul expedientibus, clematide  $\mu$ )

re-  
 menta pluribus ſpeciminibus confirmantur in Practical Ef- ſays on med ſubjects p. 40. ſs. Lond. 1773. Mycarthri ſero- phuloſi tinctura digitalis multum levati caſum refert I. C. Schiemann (Diſs. de Digitali purpurea Gœtt. 1786. p. 40. ff.) Quibus accedunt Cl. Kühn (*Richter chir. Bibl. B. I. S. 191*) & cl. Mayer (*Richter chir. Bibl. V. B. S. 532 ff.*) experi- menta ad plura, caute quidem inſtituenda pericula, ma- gnopere invitantia.

$\kappa$ ) Præter laudatum (nota un) Duſſauſſoy, & Cel. Jac. van der Haar (Prøve over de herzenen en Zenuwen. Amſt. 1790) e ſucco glycyrrhiſæ exhibitum turpethum minerale in ſerophulis utiliſſimum celebrat.

$\lambda$ ) Hoc vero connubio mycarthrum jam exulceratum ſana- vit laudatus Rowley (l. c.). Externe quoque utiliter ali- quando adminiſtratus fuit uſus mercurialium (Bell l. c.) ſimul in auxilium vocatis ſaturninis (Schneider in *Richters chir. Bibl. B. VIII. S. 606.*), quorum tamen minus tutus, & inveterato quidem malo, omnino noxius habendus uſus. (*Richtiger Gebrauch des Bleiextrakts in ämſſerlichen Zufäl- len durch vielfältige Erfahrung beſtätigt. Halle 1783.*)

$\mu$ ) A. Stoerk libellus, quo demonſtratur: herbam veteribus dictam flammulam Jovis poſſe tuto & magna cum utili- tate exhiberi ægrotantibus, Caf. 22. Viennæ 1769.



refina guajaci, gummi ammoniaco, galbano, asa foetida  $\nu$ ), muria  $\xi$ ), baryte muriato  $\omicron$ ), spongia combusta  $\pi$ ), millepedibus  $\rho$ ), petrolco  $\sigma$ ), oleo animali Dippelii  $\tau$ ),

sa-  
 $\nu$ ) Corruptionem cariosam avertendi potestate praepriis commendabilis, praeterea vi resolvente atque etiam evacuantem optime convenit.

$\xi$ ) Salis marini interno & externo usu scrophulas debellasse Cel. Sabatier, auctor est Cel. Hunczovsky (l. c.). Aquam marinam & potu & balneo adhibitam magnopere commendat Th. Kirklaud (l. c.). Muria haecina superioris saeculi medicis valde familiaris & hodie passim laudatur, (Cl. Theden l. c.)

$\omicron$ ) Novum medicamentum, cui mira virtus antiscrophulosa tribuitur, magnum, siquidem promissis steterit, ex hoc morbo triumphum reportare poterit.

$\pi$ ) Rhabarbaro ac sero lactis adsociatum ad duos quotidie scrupulos exhiberi vidit Cel. Hunczovsky (l. c.); Sed largiore manu praebenda erit, ut conspicuum effectum edat; Quo sine auctor fuerim, ut semuncia quotidie capiatur, aqua fervida infundenda, & colata partite haurienda.

$\rho$ ) His quidem contra scrophulas jam usus est Riverius, & recentioribus quoque variis confortiis (cum cortice Cinchonae exhiberi vidit l. c. Hunczovsky) stipati ad hunc morbum laudantur. Sed liberaliore manu, quam quidem fieri solet, praebendos judicem,

$\sigma$ ) Ad tumorem minuendum in casu valuiffe jam fere conclamato, auctor est laudatus Müller (l. c.),

$\tau$ ) Et internum & externum usum ad fungosos articularum tu-

fero lactis, nec non roborante, reficiente, fedativa virtute, nequitiem mali coërcentibus, cortice cinchonæ  $\nu$ ), fumaria, centauro minore, rubia tinctorum, martialibus, succo citri  $\phi$ ), lacertis, falsaparilla, dulcamara, conio maculato  $\chi$ ). Quibus adjungendæ fomentationes frigidæ  $\psi$ ), embrocationes siccæ  $\omega$ ), humi-

dæ tumores commendat C. L. Reinhardt (Diff. Oleum animale Dippelii, Præf. b. D. Mauchart, Tub. 1741. §. 18.

- $\nu$ ) Corticem cinchonæ, sodæ connubio adjutum, valde extollit Th. Kirkland (l. c.)
- $\phi$ ) Fructus citri aurantii succum, ad aliquot uncias quotidie sumtum, antiscrophulosis aliis plerisque anteponendum celebrat Hunczovsky.
- $\chi$ ) Et A. Stærkii, (de Cicuta Lib.) & aliorum observatis præcipuus conio locus vindicatur inter medicamina antiscrophulosa.
- $\psi$ ) Eximiam virtutem fomentationum frigidarum, tum suis tum Cl. Wall experimentis fultus sedulo inculcat Th. Kirkland (l. c.), qui vel sola aqua frigida plane admirandos effectus obtinuit, & jam suppurantem mycarthrum frigida fomentatione servavit, emplastro perforato circumjecto, cujus solum lumen aperiendæ parti cataplasma adhibebat.
- $\omega$ ) E variis administrandæ embrocationis siccæ modis, a b. Pouteau (L. I. T. I.) propositis embrocatio calida arenacea huc adplicari meretur.

dæ a), ulcera artificialia b), fonticuli c), fetacea d), caustica e), saaponacea, fucci plantarum valide resolventes f), colophonium g), hepar sulphuris, scintillæ ele-

- a) Embrocationem humidam frigide administrari consultius duxerim, quamvis alterno calidæ frigidæque usui nonnulli magis faveant.
- b) Cantharidum insignem usum, a Cel. Akenfide (l. c.) inculcatum, exemplo sic sanati mycarthri serophulosi, ad ferum jamjam condemnati firmat Cel. Orred (*Med. Comment. einer Ges. d. Aerzte in Edinb. Th. VII. Altenb. 1779. Sammlung auserles. Abh. z. G. pr. Aerzte. B. II. St. 1.*): Emplastro cantharidum commode ad hos fines admisceri opium, & electricis scintillis accelerari sanationem, monet Cl. Percival (ibidem).
- c) Fonticulorum virtus Pottianis dudum stabilita experimentis & in allatis exemplis sæpius comparuit.
- d) Setaceorum usum diferte docuit Cl. Bell (l. c.).
- e) Et supra commendata cauteria actualia, & mitiora quædam cauteria potentialia hoc loco memoranda sunt. Posteriora quidem ita adhiberi suaserim, ut validiorem resolventem potius, quam exulcerantem vim exerant. Dilutum cauterium potentiale mitius Pharmacopœæ nostræ vel spiritus salis ammoniaci cum calce viva paratus prudente administratione huic fini optime inservient.
- f) Radix bryoniæ jam laudata Fel. Platero (*Obs. chir. p. 37*) & hodie nonnullis placet, in consortio radicis iridis germanicæ.

electricæ. Neque his sistendo mali progressui paribus deprehensis ultimum demum quæritur in amputatione remedium, quæ tamen ipsa aliquando salutis spem exiguum relinquit i).

## §. XXIV.

manicæ, momordicæ elaterii, quibus in maligniore casu subjungi possent atropa belladonna, mandragora, hyocyamus, datura, phytolacca decandra, agaricus muscarius.

g) Colophonii pulvis plenioribus stratis inspersus ac spiritu vini imbutus magnopere se probavit peritiff. Föh (Verhand. van het Batavische Genotschap der proefendervindelyke wysbegêerde te Rotterdam II. D. 1776. Dext. List (Samml. auserl. Abh. z. Gebr. pr. Aerzte. B. V. St. 3. 2) Leipzig. 1780. aliis tamen de irritio hujus remedii usu queren tibus.

h) Electricitatis haud sperendam efficaciam exemplis comprobatur Cel. Mazars de Cazelles (Mem. sur l'Electr. med. sec. Mem. à Paris 1782.)

i) Ipsæ scrophulosæ cachexiæ pertinacia vel extremum valde anceps reddi, quod ab amputatione petitur, salutis remedium, tristi experientia compertum est. Prudens itaque Cel. Bell (l. c.) & Cel. W. Bromfield (chirurg. observations and cases. Lond. 1773.) cautela, nonnisi exhaustis quibuscunque præfidiis institui concedit amputationem. Quod quidem saluberrimum consilium nequam tamen ita est interpretandum, ut, deploratis ægri rebus, petenti ipsi hoc desperatissimum perfugium, vel denegandum esset artis ministerium. Quid quod, hanc ope-

## §. XXIV.

II. 8. *M. c. carcinomatofus.*

Mycarthrus pessima atque omnino carcinomatofa nequitie infamis, rarissime quidem observatus, quantum constat k), origine biasticus, cachexiæ cacinomatofæ complicationem vel, occulti cancro more, sensim explicat, vel paullatim induit. In ocyssime instituenta affectæ partis amputatione omnis collocanda spes salutis.

## §. XXV.

II. 9. *M. c. scorbuticus.*

Complicationis scorbuticæ rarius auctoribus memoratæ exemplum Herbipoli degenti sese obtulit, in puero, stomachace, petechiis spuris, hæmorrhagiis, simul cum mycarthro laborante. Antiscorbuticorum medi-

operationem memini Ill. Siebold, tali urgente necessitate consummatissimo in serophuloso eo eventu perficere, ut nec ullo insolentiore symptomate fanatio vulneris turbaretur.

- k) Diferte traditur Historia tumorum variorum circa carpum & in vola manus obvenientium &c. Auct. Ol. Acrel (Commentationes Soc. R. Soc. Gœtting. A. 1779. T. II, Gœtt. 1780.) Mycarthri cubiti demum carcinomatofi ac letalis exemplum narrat peritiff. Gödüke (J. L. Schmücker *Verm. chir. Schriften B. I.*)

caminum haud pauca utrique morbo ita conveniunt, ut, dum remota complicatione simplicem reddere mycarthrum studeamus, & ipsi jamjam consulatur. Superato scorbuto usu acidorum, elixirii acidi Halleri, fructuum horræorum, citri maxime & medicæ & aurantii, infusi malti, aquæ sachingensis, selteranæ, simillium, feri lactis, cochleariæ officinalis ac armovariæ, sisymbrii nasturtii ac amphibii, veronicæ beccabungæ, alliorum variorum, fumaricæ officinalis, trifolii fibrini, ledi palustris, conii maculati, feminum phellandrii aquatici, corticum cinchonæ, externoque usu cataplasmatum fermentantium, nunc simplicis mycarthri therapia locum habere poterit.

§. XXVI.

II. 10. M. c. metoncodes.

Vicinorum tumorum tali confortio, ut mutua reactio obtineat, iis cum complicari mycarthrus dici potest. Natum ex mycarthri inveterati devastationibus hydarthrum illi adfiscere se posse, monui 1). Tumorum singulorum, quorum complicationi obnoxius mycarthrus sit, multiplicem nunc quidem prosequi varietatem, longius esset, quam utilius, & ab instituti ratione omnino remotum.

1) p. 8. Infigue exemplum mycarthri cubiti cum immani hydarthro conjuncti occurrit in Eph. N. C. Dec. III. A. II. Obs. 1. p. 4.


§. IV. nota c) leg. *vitalioris* loco *italioris*

01 A 6631 ✓


ULB Halle  
004 931 246

3









DISSERTATIO INAVGVRALIS CHIRVVGICO-MEDICA

DE  
FVNGO ARTICVLARI.

27

QVAM  
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO DVCE ET DOMINO

DOMINO  
CAROLO  
DVCE WIRTEMBERGIE ET TECCLE REGNANTE  
REL. REL.

CONSENTIENTE FACVLTATE MEDICA  
PRAESIDE  
GOTTLIEB CONR. CHRISTIAN  
STORR.

MED. D. HVIVS CHEMIE ET BOTANICES IN HAC LITERARVM  
VNIVERSITATE HISTORIE NATVRALIS IN COLLEGIO  
DVCALI ILLVSTRI P. P. O.

FACVLTATIS MEDICÆ H. T. DECANO  
PRÆCEPTORE SVO AD ARAS VSQVE COLENDO

PRO LICENTIA  
SVMMOS IN MEDICINA ET CHIRVVGIA HONORES AMBIENDI  
A. D. SEPT. MDCCXCII.

PVBlice DEFENDET  
AVCTOR  
IOHANNES GEORGIVS HARDEGG  
LVDOVICOPOLITANVS.

TVBINGÆ TYPIS FVESIANIS.